

Benevole Lector.

QUod ante triennium primum lucem vidit, iterum se Tibi sistit, *Hamburgum Literatum*, idque Disputationibus Inauguralibus eorum, qui summos in Theologia, utroque Jure & Medicina honores, vel eos impetrandi licentiam obtinuerunt, auctius. Licet nunc pro virili data fuerit opera, ne quicquam desit, facile tamen fieri potuit, ut in urbe sat ampla, & magno in ea literatorum numero, aliqui eorum sint omissi. Cum vero, ut nomina sua huic Consignationi dent, tribus vicibus publice indicatum fuerit, sibi potius culpam imputabunt quam Collectori, qui sibi, institutoque suo, favorem omnium deprecatur.